reddituri ſunt de factis
propriis rationem Et qui
bona egerunt ibunt in
vitam eternam: qui vero
mala in ignem eternum.
Hec eſt fides catholica
quam niſi quiſque fideli-
ter firmiterque crediderit:
ſalvus eſſe non poterit.
An. Laus et perhennis gloria
deo patri et filio ſancto ſimul
paraclito in ſecula ſeculorum.
Regi autem Capitulum
ſeculorum immortali inviſibili ſoli
deo: ipſi honor et gloria: in
ſecula ſeculorum. Amen.
Deo gratias R. Chriſte fili dei
vivi. miſerere nobis. V. Qui
ſedes ad dexteram patris. qui
Gloria patri R. Chriſte V. Exurge
Chriſte. adiuva nos. et redime
nos propter nomen tuum. Oratio

Omnipotens ſempi-
terne deus: qui dedi-
ſti famulis tuis in con-
feſſione vere fidei eterne
trinitatis gloriam agno-
ſcere: et in potentia
maieſtatis adorare uni-
tatem: queſumus: ut eiuſdem
fidei firmitate: ab omni-
bus ſemper protegamur
adverſis. Per dominum. Item
ad primam diebus ferialibus
An. Tu mandaſti domine
mandata tua cuſtodiri
nimis. Capitulum
Fratres. Omnis
enim homo quicunque in-
vocaverit nomen domini:
ſalvus erit R. Chriſte fili
In hac hora Oratio
huius diei queſumus do-
mine tua nos reple
miſericordia: ut per totum diem

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 103v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/en/snm/LM004624-2/103v)